# Ad cœnam Agni providi

Inno per la Pasqua



2. Cuius corpus sanctissimum
in ara crucis torridum,
sed et cruorem roseum
gustando, Deo vivimus.

3. Protecti paschæ vespero
a devastante angelo,
de Pharaonis aspero
sumus erepti imperio.

4. Iam pascha nostrum Christus est,
agnus occisus innocens;
sinceritatis azyma
qui carnem suam obtulit.

5. O vera, digna hostia,
per quam franguntur tartara,
captiva plebs redimitur,
redduntur vitæ præmia!

6. Consurgit Christus tumulo,
victor redit de barathro,
tyrannum trudens vinculo
et paradisum reserrans.

7. Esto perenne mentibus
paschale, Iesu, gaudium
et nos renatos gratiæ
tuis triumphis aggrega.

8. Iesu, tibi sit gloria,
qui morte victa prænites,
cum Patre et almo Spiritu,
in sempiterna sæcula. Amen.